



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 123. Sessio X. ejusdem Concilii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

§. CXXIII.

*Sessio X. Ferrariensis Concilii.*Sæcul. XV.
A. C. 1438.*Ibidem.*

Joannes Episcopus Forojuliensis, seu Foroliviensis in Sessione decima Sabbato octava Novembris die celebrata in certamen vocatus est, ut Bessarionem oppugnaret; Igitur Joannes quamvis initio sermonis sui se & brevitate usurum, & iis, quæ in utraque posteriori Sessione dicta fuerant, plene satisfacturum spondisset (*), suam tamen orationem justo longius protrahebat, ac vocem *Filioque* nequaquam additionem, sed meram esse dogmatis explanationem pluribus in unum collectis argumentis persuadere conabatur, quibus tamen antiquam cram-
 bem recoquere videbatur. Quandam, in-
 quiebat, Symbolo adjicere explicationem non modo nulla omnino lege vetitum est, sed nequidem ulla unquam ætate, vel quacunque auctoritate ejusmodi facultas Ecclesiæ interdici potest: hac itaque le-
 ge

(*) In actis Joannem in hunc modum dixisse legimus: *Quæso, ne duo a me inter se pugnancia simul contendatis, ut & brevitate utar respondendo, atque omnibus, quæ dicta sunt, plene satisfaciam, respondebo itaque ad graviora, ad quædam haud proluxa utemur oratione, sed de omnibus summatim quodammodo dicemus.*

Sæcul. XV. ge tantum privati homines comprehen-
 A. C. 1438. duntur, qui ejusmodi additiones omni
 auctoritate destituti assuere præsumunt.
Si enim juxta S. Augustinum, inquit ille, tanta mysteriorum novi Testamenti copia, quod implicite includeretur in lege veteri, non dicitur additio, si sensum spectes, mirum non est, si qua horum explicatio non dicitur simpliciter & proprie additio, videlicet, secundum sensum, sed potius complicatæ rei conclusio. Orationis hujus epilodus in actis Concilii desideratur.

§. CXXIV.

Sessio XI. Ferrariensis Synodi.

*Acta Conc.
 Flor. tom. 13.
 Conc. Labb.
 p. 170.*

Hæc cum prolixè fuissent disputata, Julianus Cardinalis in Sessione undecima feria tertia die undecima Novembris celebrata præfatam quæstionem absolvit, atque Synodi Ephesinæ interdictum pluribus explanavit animadversionibus, quæ erant sequentes. I. Sensus hujus legis omnino repetatur ex iis, quæ illius ferendæ occasionem præbuerunt; porro nequaquam Carisii Symbolum (*) utpote plene

(*) *Charisius iste, Presbyter & Ecclesia Philadelphicæ æconomus ad Ephesinæ Synodi Patres detulit, Nestorianos quoddam Fidei Symbolum conscripsisse, eandemque Quartodecimanis*